

BOOK IV

LIBER IV

1 EA quae secuta est hieme, qui fuit annus Gnaeo Pompeio Marco Crasso consulibus, Vsipetes Germani et item Tencteri magna cum multitudine hominum flumen Rhenum transierunt, non longe a mari quo Rhenus influit. Causa transeundi fuit quod ab Suebis complures annos exagitati bello premebantur et agricultura prohibebantur. Sueborum gens est longe maxima et bellicosissima Germanorum omnium. Hi centum pagos habere dicuntur, ex quibus quotannis singula milia armatorum bellandi causa ex finibus educunt. Reliqui, qui domi manserunt, se atque illos alunt. Hi rursus in vicem anno post in armis sunt, illi domi remanent. Sic neque agricultura nec ratio atque usus belli intermittitur. Sed privati ac separati agri apud eos nihil est, neque longius anno remanere uno in loco incolendi causa licet. Neque multum frumento, sed maximam partem lacte atque pecore vivunt multumque sunt in venationibus; quae res et cibi genere et cotidiana exercitatione et libertate vitae, quod a pueris nullo officio aut disciplina adsuefacti nihil omnino contra voluntatem faciant, et vires alit et immani corporum

BOOK IV

IN the following winter—the year in which Gnaeus Pompeius and Marcus Crassus were consuls¹—the Usipetes from Germany, and likewise the Tencteri, crossed the Rhine with a large host of men, not far from the sea into which it flows. The reason for their crossing was that for several years they had been much harassed by the Suebi, who pressed on them by force of arms and prevented them from husbandry. The Suebi are by far the largest and the most warlike nation among the Germans. It is said that they have a hundred cantons, from each of which they draw one thousand armed men yearly for the purpose of war outside their borders. The remainder, who have stayed at home, support themselves and the absent warriors; and again, in turn, are under arms the following year, while the others remain at home. By this means neither husbandry nor the theory and practice of war is interrupted. They have no private or separate holding of land, nor are they allowed to abide longer than a year in one place for their habitation. They make not much use of corn for food, but chiefly of milk and of cattle, and are much engaged in hunting; and this, owing to the nature of the food, the regular exercise, and the freedom of life—for from boyhood up they are not schooled in a sense of duty or discipline, and do nothing what-

¹ 55 B.C.

magnitudine homines efficit. Atque in eam se consuetudinem adduxerunt ut locis frigidissimis neque vestitus praeter pelles haberent quidquam, quarum propter exiguitatem magna est corporis pars aperta, et lavantur in fluminibus.

2 Mercatoribus est aditus magis eo, ut quae bello ceperint quibus vendant habeant, quam quo ullam rem ad se importari desiderent. Quin etiam iumentis, quibus maxime Galli delectantur quaeque impenso parant pretio, Germani importatis non utuntur, sed quae sunt apud eos nata, prava atque deformia, haec cotidiana exercitatione summi ut sint laboris efficiunt. Equestribus proeliis saepe ex equis desiliunt ac pedibus proeliantur, equosque eodem remanere vestigio adsuefecerunt, ad quos se celeriter, cum usus est, recipiunt; neque eorum moribus turpius quidquam aut inertius habetur, quam ephippiis uti. Itaque ad quemvis numerum ephippiatorum equitum quamvis pauci adire audent. Vinum ad se omnino importari non sinunt, quod ea re ad laborem ferendum remollescere homines atque effeminari arbitrantur.

3 Publice maximam putant esse laudem, quam latissime a suis finibus vacare agros: hac re significari magnum numerum civitatum suam vim sustinere non posse. Itaque una ex parte a Suebis circiter milia passuum sescenta agri vacare dicuntur. Ad alteram partem succedunt Vbii, quorum fuit civitas ampla atque florens, ut est captus Germanorum, et

GALLIC WAR, BOOK IV

ever against their wish—nurses their strength and makes men of immense bodily stature. Moreover, they have regularly trained themselves to wear nothing, even in the coldest localities, except skins, the scantiness of which leaves a great part of the body bare, and they bathe in the rivers.

They give access to traders rather to secure purchasers for what they have captured in war than to satisfy any craving for imports. And, in fact, the Germans do not import for their use draught-horses, in which the Gauls take the keenest delight, procuring them at great expense; but they take their home-bred animals, inferior and ill-favoured, and by regular exercising they render them capable of the utmost exertion. In cavalry combats they often leap from their horses and fight on foot, having trained their horses to remain in the same spot, and retiring rapidly upon them at need; and their tradition regards nothing as more disgraceful or more indolent than the use of saddles. And so, however few in number, they dare approach any party, however large, of saddle-horsemen. They suffer no importation of wine whatever, believing that men are thereby rendered soft and womanish for the endurance of hardship.

As a nation, they count it the highest praise to have the land on their borders untenanted over as wide a tract as may be, for this signifies, they think, that a great number of states cannot withstand their force. Thus it is said that on one side for about six hundred miles from the territory of the Suebi the land is untenanted. On the other side the Ubii come nearest, a state which was once extensive and prosperous, according to German standards. Its inhabitants are somewhat more civilised than the other folk

paulo sunt eiusdem generis ceteris humaniores, propterea quod Rhenum attingunt multumque ad eos mercatores ventitant, et ipsi propter propinquitatem quod Gallicis sunt moribus adsuefacti. Hos cum Suebi multis saepe bellis experti propter amplitudinem gravitatemque civitatis finibus expellere non potuissent, tamen vectigales sibi fecerunt ac multo humiliores infirmioresque redegerunt.

4 In eadem causa fuerunt Vsipetes et Tencteri, quos supra diximus, qui complures annos Sueborum vim sustinuerunt; ad extremum tamen agris expulsi et multis locis Germaniae triennium vagati ad Rhenum pervenerunt; quas regiones Menapii incolebant et ad utramque ripam fluminis agros, aedificia vicosque habebant, sed tantae multitudinis aditu perterriti ex eis aedificiis quae trans flumen habuerant demigraverunt et cis Rhenum dispositis praesidiis Germanos transire prohibebant. Illi omnia experti, cum neque vi contendere propter inopiam navium neque clam transire propter custodias Menapiorum possent, reverti se in suas sedes regionesque simulaverunt et tridui viam progressi rursus reverterunt atque omni hoc itinere una nocte equitatu confecto inscios inopinantesque Menapios oppresserunt, qui de Germanorum discessu per exploratores certiores facti sine metu trans Rhenum in suos vicos remigraverant. His interfectis navibusque eorum occupatis, prius-

GALLIC WAR, BOOK IV

of the same race, because their borders touch the Rhine and traders visit them frequently, and, further, because the Ubii themselves by close neighbourhood have grown accustomed to Gallic fashions. Upon this people the Suebi had made frequent attempts in many wars, but had proved unable to drive them from their territory because the state was populous and powerful: however, they made the Ubii tributary to themselves, and greatly diminished their strength and importance.

The Usipetes and the Tencteri, mentioned above, were in the same case. For several years they withstood the force of the Suebi, but at last they were driven out of their lands, and after wandering for three years in many districts of Germany they reached the Rhine. The localities thereabout were inhabited by the Menapii, who possessed lands, buildings, and villages on both banks of the river; but, being alarmed by the approach of so great a host, they removed from the buildings which they had possessed beyond the river, and, setting garrisons at intervals on the near side of the Rhine, sought to prevent the Germans from crossing. The Germans tried every expedient, but when they found that they could neither force their way because of their lack of vessels nor cross privily because of the Menapian piquets, they pretended to retire to their own homes and districts. They proceeded for a three days' journey, and then returned; and their cavalry, having completed the whole of this distance in a single night, caught the Menapii uninformed and unawares, for, having learnt through their scouts of the departure of the Germans, they had moved back without fear over the Rhine into their own villages. So they were put to the sword and their vessels

quam ea pars Menapiorum quae citra Rhenum erat certior fieret, flumen transierunt atque omnibus eorum aedificiis occupatis reliquam partem hiemis se eorum copiis aluerunt.

5 His de rebus Caesar certior factus et infirmitatem Gallorum veritus, quod sunt in consiliis capiendis mobiles et novis plerumque rebus student, nihil his committendum existimavit. Est enim hoc Gallicae consuetudinis, uti et viatores etiam invitos consistere cogant et quod quisque eorum de quaque re audierit aut cognoverit quaerant, et mercatores in oppidis vulgus circumstant quibusque ex regionibus veniant quasque ibi res cognoverint pronuntiare cogant. His rebus atque auditionibus permoti de summis saepe rebus consilia ineunt, quorum eos in vestigio poenitere necesse est, cum incertis rumoribus serviant, et plerique ad voluntatem eorum ficta respondeant.

6 Qua consuetudine cognita Caesar, ne graviori bello occurreret, maturius quam consuevit ad exercitum proficiscitur. Eo cum venisset, ea quae fore suspicatus erat facta cognovit: missas legationes ab nonnullis civitatibus ad Germanos invitatosque eos uti ab Rheno discederent, omniaque quae postulassent ab se fore parata. Qua spe adducti Germani latius vagabantur et in fines Eburonum et Condrusorum, qui sunt Treverorum clientes, pervenerant. Principibus Galliae evocatis Caesar ea, quae cognoverat, dissimulanda sibi existimavit, eorumque animis permulsis et confirmatis

GALLIC WAR, BOOK IV

seized; then the Germans crossed the river before the section of the Menapii on the near side of the Rhine could learn of it, seized all their buildings, and for the remainder of the winter sustained themselves on the supplies of the Menapii.

Caesar was informed of these events; and fearing the fickleness of the Gauls, because they are capricious in forming designs and intent for the most part on change, he considered that no trust should be reposed in them. It is indeed a regular habit of the Gauls to compel travellers to halt, even against their will, and to ascertain what each of them may have heard or learnt upon every subject; and in the towns the common folk surround traders, compelling them to declare from what districts they come and what they have learnt there. Such stories and hearsay often induce them to form plans upon vital questions of which they must forthwith repent; for they are the slaves of uncertain rumours, and most men reply to them in fictions made to their taste.

Caesar was aware of this their habit, and, for fear that otherwise he might have to face a more serious campaign, set out for the army earlier than was his wont. When he reached headquarters he learnt that his suspicions had been realised; deputations had been sent by some states to the Germans, inviting them to leave the Rhine, and promising to furnish all things demanded of them. The hope thus inspired encouraged the Germans to range more widely, and they had already reached the borders of the Eburones and the Condrusi, dependents of the Treveri. Thereupon Caesar summoned the chiefs of Gaul from their homes; but, thinking it best to conceal the information in his possession, he comforted and encouraged them, and, having

equitatuque imperato bellum cum Germanis gerere constituit.

- 7 Re frumentaria comparata equitibusque delectis iter in ea loca facere coepit, quibus in locis esse Germanos audiebat. A quibus cum paucorum dierum iter abesset, legati ab eis venerunt, quorum haec fuit oratio: Germanos neque priores populo Romano bellum inferre neque tamen recusare, si lacesantur, quin armis contendant, quod Germanorum consuetudo haec sit a maioribus tradita, quicumque bellum inferant, resistere neque deprecari. Haec tamen dicere, venisse invitos, eictos domo; si suam gratiam Romani velint, posse eis utiles esse amicos; vel sibi agros attribuant vel patiantur eos tenere, quos armis possederint: sese unis Suebis concedere, quibus ne di quidem immortales pares esse possint; reliquum quidem in terris esse neminem quem non superare possint.
- 8 Ad haec quae visum est Caesar respondit; sed exitus fuit orationis: Sibi nullam cum his amicitiam esse posse, si in Gallia remanerent; neque verum esse, qui suos fines tueri non potuerint, alienos occupare; neque ullos in Gallia vacare agros, qui dari tantae praesertim multitudini sine iniuria possint; sed licere, si velint, in Vbiorum finibus considerare, quorum sint legati apud se et de Sueborum iniuriis querantur et a se auxilium petant: hoc se Vbiis imperaturum.

GALLIC WAR, BOOK IV

made requisition of cavalry, determined to make war on the Germans.

Having secured his corn-supply and selected his cavalry, he began to march into the localities in which the Germans were reported to be. When he was a few days' march away deputies arrived from them, whose address was to the following effect: The Germans did not take the first step in making war on the Roman people, nor yet, if provoked, did they refuse the conflict of arms, for it was the ancestral custom of the Germans to resist anyone who made war upon them, and not to beg off. They declared, however, that they had come against their will, being driven out of their homes: if the Romans would have their goodwill, they might find their friendship useful. Let the Romans either grant them lands, or suffer them to hold the lands their arms had acquired. They yielded to the Suebi alone, to whom even the immortal gods could not be equal; on earth at any rate there was no one else whom they could not conquer.

To this Caesar replied as seemed good; but the conclusion of his speech was as follows: He could have no friendship with them, if they remained in Gaul. On the one hand, it was not just that men who had not been able to defend their own territories should seize those of others; on the other hand, there was no land in Gaul which could be granted without injustice, especially to so numerous a host. However, they had permission, if they pleased, to settle in the territories of the Ubii, whose deputies were in his camp, complaining of the outrages of the Suebi and seeking his assistance: he would give orders to the Ubii to this effect.

- 9 Legati haec se ad suos relatores dixerunt et re deliberata post diem tertium ad Caesarem reversuros : interea ne propius se castra moveret, petierunt. Ne id quidem Caesar ab se impetrari posse dixit. Cognoverat enim magnam partem equitatus ab eis aliquot diebus ante praedandi frumentandique causa ad Ambivaritos trans Mosam missam : hos exspectari equites atque eius rei causa moram interponi arbitrabatur.
- 10 Mosa profluit ex monte Vosego, qui est in finibus Lingonum, et parte quadam ex Rheno recepta, quae appellatur Vacalus, insulam efficit Batavorum, neque longius ab Oceano milibus passuum LXXX in Rhenum influit. Rhenus autem oritur ex Lepontiis, qui Alpes incolunt, et longo spatio per fines Nantuatum, Helvetiorum, Sequanorum, Mediomatricum, Tribocorum, Treverorum citatus fertur et, ubi Oceano appropinquavit, in plures defluit partes multis ingentibusque insulis effectis, quarum pars magna a feris barbarisque nationibus incolitur, ex quibus sunt, qui piscibus atque ovis avium vivere existimantur, multisque capitibus in Oceanum influit.
- 11 Caesar cum ab hoste non amplius passuum XII milibus abesset, ut erat constitutum, ad eum legati revertuntur ; qui in itinere congressi magnopere ne longius progrediretur orabant. Cum id non impetrassent, petebant uti ad eos equites, qui agmen antecessissent, praemitteret eosque pugna prohiberet, sibi que ut potestatem faceret in Vbios legatos mittendi ; quorum si principes ac senatus sibi iure-

GALLIC WAR, BOOK IV

The envoys said that they would report this to their people and, after deliberation upon the matter, return to Caesar in three days: they asked him not to move his camp nearer in the meanwhile. Caesar replied that he could not even grant that request. He knew, in fact, that they had sent a large detachment of cavalry some days before to the country of the Ambivariti across the Meuse, to get booty and corn: he supposed that they were waiting for this cavalry, and for that reason sought to interpose delay.

The Meuse flows from the range of the Vosges, in the territory of the Lingones, and, receiving from the Rhine a certain tributary called the Waal, forms the island of the Batavi; then, no more than eighty miles from the Ocean, it flows into the Rhine. The Rhine rises in the land of the Lepontii, who inhabit the Alps; in a long, swift course it runs through the territories of the Nantuates, Helvetii, Sequani, Mediomatrices, Triboci, and Treveri, and on its approach to the Ocean divides into several streams, forming many large islands (a great number of which are inhabited by fierce barbaric tribes, believed in some instances to live on fish and birds' eggs); then by many mouths it flows into the Ocean.

When Caesar was no more than twelve miles away from the enemy, the deputies returned to him as agreed: they met him on the march, and besought him earnestly not to advance further. When their request was not granted, they asked him to send forward to the cavalry in advance of his column and to prevent them from engaging, and to grant themselves an opportunity of sending deputies into the land of the Ubii. They put forward the hope that, if the chiefs and the senate of the Ubii pledged their

iurando fidem fecisset, ea condicione quae a Caesare ferretur se usuros ostendebant: ad has res conficiendas sibi tridui spatium daret. Haec omnia Caesar eodem illo pertinere arbitratur, ut tridui mora interposita equites eorum qui abessent revertentur; tamen sese non longius milibus passuum quattuor a quationis causa processurum eo die dixit; huc postero die quam frequentissimi convenirent, ut de eorum postulatis cognosceret. Interim ad praefectos, qui cum omni equitatu antecesserant, mittit qui nuntiarent ne hostes proelio lacesserent et, si ipsi lacesserentur, sustinerent quoad ipse cum exercitu propius accessisset.

12 At hostes, ubi primum nostros equites conspexerunt, quorum erat v milium numerus, cum ipsi non amplius octingentos equites haberent, quod ei qui frumentandi causa ierant trans Mosam nondum redierant, nihil timentibus nostris, quod legati eorum paulo ante a Caesare discesserant atque is dies indutiis erat ab his petitus, impetu facto celeriter nostros perturbaverunt; rursus resistentibus consuetudine sua ad pedes desiluerunt, suffossis equis compluribusque nostris deiectis reliquos in fugam coniecerunt atque ita perterritos egerunt, ut non prius fuga desisterent quam in conspectum agminis nostri venissent. In eo proelio ex equitibus nostris interficiuntur quattuor et septuaginta, in his vir fortissimus Piso Aquitanus, amplissimo genere natus, cuius avus in civitate sua regnum obtinuerat, amicus

GALLIC WAR, BOOK IV

faith on oath, they (the Germans) would accept the terms which Caesar offered; and they asked him to give them an interval of three days to settle these affairs. Caesar supposed that all these pleas had the same object as before, to secure by a three days' interval the return of their absent cavalry; however, he said that on that day he would advance no further than four miles, in order to get water. He instructed them to meet him there next day with as large a number as they could, in order that he might take cognisance of their demands. Meanwhile he sent instructions to the commanders who had gone forward with all the cavalry not to provoke the enemy to an engagement, and, if provoked themselves, to hold their ground until he himself with the army had come up nearer.

The enemy had no more than eight hundred cavalry, for the party which was gone across the Meuse to get corn was not yet returned. Our own men, five thousand strong, had nothing to fear, for the deputies of the Germans had left Caesar but a short while before, having asked for a truce that day. However, directly they saw our cavalry, the enemy charged, and speedily threw our men into confusion. When our men turned to resist, the enemy, according to their custom, dismounted, and, by stabbing our horses and bringing down many of our troopers to the ground, they put the rest to rout, and indeed drove them in such panic that they did not desist from flight until they were come in sight of our column. In that engagement were slain seventy-four of our cavalry, and among them the gallant Piso of Aquitania, the scion of a most distinguished line, whose grandfather had held the sovereignty in his own state, and had been saluted as Friend by the Roman

ab senatu nostro appellatus. Hic cum fratri intercluso ab hostibus auxilium ferret, illum ex periculo eripuit, ipse equo vulnerato deiectus quoad potuit fortissime restitit: cum circumventus multis vulneribus acceptis cecidisset, atque id frater, qui iam proelio excesserat, procul animadvertisset, incitato equo se hostibus obtulit atque interfectus est.

- 13 Hoc facto proelio Caesar neque iam sibi legatos audiendos neque condiciones accipiendas arbitratur ab eis, qui per dolum atque insidias petita pace ultro bellum intulissent: expectare vero, dum hostium copiae auferentur equitatusque reverteretur, summae dementiae esse iudicabat, et cognita Gallorum infirmitate, quantum iam apud eos hostes uno proelio auctoritatis essent consecuti sentiebat; quibus ad consilia capienda nihil spati dandum existimabat. His constitutis rebus et consilio cum legatis et quaestore communicato, ne quem diem pugnae praetermitteret opportunissima res accidit, quod postridie eius diei mane eadem et perfidia et simulatione usi Germani frequentes omnibus principibus maioribusque natu adhibitis ad eum in castra venerunt, simul, ut dicebatur, sui purgandi causa, quod contra atque esset dictum et ipsi petissent, proelium pridie commisissent, simul ut, si quid possent, de induitiis fallendo impetrarent. Quos sibi Caesar oblatos gavisus illos retineri iussit: ipse omnes copias castris

GALLIC WAR, BOOK IV

Senate. Piso went to the assistance of his brother, who had been cut off by the enemy, and rescued him from danger, but was thrown himself, his horse having been wounded. He resisted most gallantly as long as he could; then he was surrounded, and fell after receiving many wounds. His brother, who had escaped from the fight, saw him fall from a distance; then spurred his horse, flung himself upon the enemy, and was slain.

After this engagement was over, Caesar felt that he ought no longer to receive deputies nor to accept conditions from tribes which had sought for peace by guile and treachery, and then had actually begun war. Further, he judged it the height of madness to wait till the enemy's forces should be increased and their cavalry returned. Knowing as he did the fickleness of the Gauls, he apprehended how much influence the enemy had already acquired over them by a single engagement; and he considered that no time to form plans should be given them. Thus determined, he communicated to the lieutenant-generals and the quartermaster-general his purpose not to lose a day in giving battle. Then, most fortunately, a certain thing occurred. The next morning, as treacherous and as hypocritical as ever, a large company of Germans, which included all the principal and senior men, came to his quarters, with a double object—to clear themselves (so they alleged) for engaging in a battle the day before, contrary to the agreement and to their own request therein, and also by deceit to get what they could in respect of the truce. Caesar rejoiced that they were delivered into his hand, and ordered them to be detained; then in person he led all his troops out of camp, commanding the cavalry, which he judged to be

CAESAR

eduxit equitatumque, quod recenti proelio perterritum esse existimabat, agmen subsequi iussit.

14 Acie triplici instituta et celeriter octo milium itinere confecto prius ad hostium castra pervenit quam quid ageretur Germani sentire possent. Qui omnibus rebus subito perterriti, et celeritate adventus nostri et discessu suorum, neque consili habendi neque arma capiendi spatio dato perturbantur, copiasne adversus hostem ducere, an castra defendere, an fuga salutem petere praestaret. Quorum timor cum fremitu et concursu significaretur, milites nostri pristini diei perfidia incitati in castra irruperunt. Quo loco qui celeriter arma capere potuerunt paulisper nostris restiterunt atque inter carros impedimentaue proelium commiserunt: at reliqua multitudo puerorum mulierumque (nam cum omnibus suis domo excesserant Rhenumque transierant) passim fugere coepit; ad quos consecrandos Caesar equitatum misit.

15 Germani post tergum clamore audito, cum suos interfici viderent, armis abiectis signisque militaribus relictis se ex castris eiecerunt, et cum ad confluentem Mosae et Rheni pervenissent, reliqua fuga desperata magno numero interfecto reliqui se in flumen praecipitaverunt atque ibi timore, lassitudine, vi fluminis oppressi perierunt. Nostri ad unum omnes incolumes perpaucis vulneratis ex tanti belli timore, cum hostium

GALLIC WAR, BOOK IV

shaken by the recent engagement, to follow in the rear.

Triple line of columns ¹ was formed, and the eight-mile march was so speedily accomplished that Caesar reached the enemy's camp before the Germans could have any inkling of what was toward. They were struck with sudden panic by everything—by the rapidity of our approach, the absence of their own chiefs; and, as no time was given them to think, or to take up arms, they were too much taken aback to decide which was best—to lead their forces against the enemy, to defend the camp, or to seek safety by flight. When their alarm was betrayed by the uproar and bustle, our troops, stung by the treachery of the day before, burst into the camp. In the camp those who were able speedily to take up arms resisted the Romans for a while, and fought among the carts and baggage-wagons; the remainder, a crowd of women and children (for the Germans had left home and crossed the Rhine with all their belongings), began to flee in all directions, and Caesar despatched the cavalry in pursuit.

Hearing the noise in rear, and seeing their own folk slain, the Germans threw away their arms, abandoned their war-standards, and burst out of the camp. When they reached the junction of the Meuse and the Rhine, they gave up hope of escaping further; a large number were already slain, and the rest hurled themselves into the river, there to perish, overcome by terror, by exhaustion, by the force of the stream. The Romans, with not a man lost and but few wounded, freed from the fear of a stupendous war—with an enemy whose numbers had been

¹ The army advanced, not in column of route (*agmen*), but in line of columns, ready to form up into line of battle (*acies*). Cf. VIII. 8.

numerus capitum ccccxxx milium fuisset, se in castra receperunt. Caesar eis quos in castris retinuerat discedendi potestatem fecit. Illi supplicia cruciatuque Gallorum veriti quorum agros vexaverant remanere se apud eum velle dixerunt. His Caesar libertatem concessit.

- 16 Germanico bello confecto multis de causis Caesar statuit sibi Rhenum esse transeundum; quarum illa fuit iustissima, quod, cum videret Germanos tam facile impelli ut in Galliam venirent, suis quoque rebus eos timere voluit, cum intellegerent et posse et audere populi Romani exercitum Rhenum transire. Accessit etiam, quod illa pars equitatus Vsipectum et Tencterorum, quam supra commemoravi praedandi frumentandique causa Mosam transisse neque proelio interfuisse, post fugam suorum se trans Rhenum in fines Sugambrorum receperat seque cum eis coniunxerat. Ad quos cum Caesar nuntios misisset, qui postularent eos qui sibi Galliaeque bellum intulissent sibi dederent, responderunt: Populi Romani imperium Rhenum finire: si se invito Germanos in Galliam transire non aequum existimaret, cur sui quidquam esse imperi aut potestatis trans Rhenum postularet? Vbii autem, qui uni ex Transrhenanis ad Caesarem legatos miserant, amicitiam fecerant, obsides dederant, magnopere orabant ut sibi auxilium ferret, quod graviter ab Suebis premerentur; vel, si id facere occupationibus rei publicae prohiberetur, exercitum modo Rhenum transportaret: id sibi ad auxilium spemque reliqui temporis satis futurum.

GALLIC WAR, BOOK IV

430,000 souls—returned to camp. Caesar gave to the Germans detained in camp permission to depart; but they, fearing punishments and tortures at the hand of the Gauls whose land they had harassed, said that they would stay in his company, and he gave them liberty so to do.

The German campaign thus finished, Caesar decided for many reasons that he must cross the Rhine. The most cogent reason was that, as he saw the Germans so easily induced to enter Gaul, he wished to make them fearful in turn for their own fortunes, by showing them that a Roman army could and durst cross the Rhine. Moreover, that section of the cavalry of the Usipetes and Tencteri which, as I have mentioned above, had crossed the Meuse to get booty and corn, and had taken no part in the battle, had now, after the rout of their countrymen, withdrawn across the Rhine into the territory of the Sugambri, and joined them. To them Caesar sent envoys to demand the surrender of the men who had made war upon himself and Gaul. They replied that the Rhine marked the limit of the Roman empire: if he thought it unfair that the Germans should cross into Gaul against his will, why did he claim any imperial power across the Rhine?


The Ubii, on the other hand, the only tribe beyond the Rhine which had sent deputies to Caesar, made friendly terms, and given hostages, earnestly besought him to assist them, as they were grievously hard pressed by the Suebi; or, if the urgent concerns of state prevented that, only to transport his army across the Rhine: that would suffice for their present help and future hope. So great, they said, even among the farthest tribes of

Tantum esse nomen atque opinionem eius exercitus Ariovisto pulso et hoc novissimo proelio facto etiam ad ultimas Germanorum nationes, uti opinione et amicitia populi Romani tuti esse possint. Navium magnam copiam ad transportandum exercitum pollicebantur.


- 17 Caesar his de causis quas commemoravi Rhenum transire decreverat; sed navibus transire neque satis tutum esse arbitrabatur, neque suae neque populi Romani dignitatis esse statuebat. Itaque, etsi summa difficultas faciendi pontis proponebatur propter latitudinem, rapiditatem altitudinemque fluminis, tamen id sibi contendendum aut aliter non traducendum exercitum existimabat. Rationem pontis hanc instituit. Tigna bina sesquipedalia paulum ab imo praeacuta dimensa ad altitudinem fluminis intervallo pedum duorum inter se iungebat. Haec cum machinationibus immissa in flumen defixerat fistucisque adegerat, non sublicae modo directe ad perpendiculum, sed prone ac fastigate, ut secundum naturam fluminis procumberent, his item contraria duo ad eundem modum iuncta intervallo pedum quadragenum ab inferiore parte contra vim atque impetum fluminis conversa statuebat. Haec utraque insuper bipedibus trabibus immissis, quantum eorum tignorum iunctura distabat, binis utrimque fibulis ab extrema parte distinebantur; quibus disclusis atque in con-

¹ See Plan. The bridge is believed to have been thrown across between Andernach and Coblenz.


SECTION OF A TRESTLE



PLAN



SCALE OF FEET



THE BRIDGE OVER THE RHINE

(iv. 17)

NOTES

The present breadth of the Rhine at Coblenz is about 400 yards; the depth thereabout varies from 5 to 25 feet. In the section given 16 feet is taken as an average depth. The width of roadway shown is 36 feet. The space (40 feet) between the pairs of balks (A, A) is reckoned along the water-line—i.e. the lowest visible part (*cf. ab inferiori parte*). If it were reckoned along the river-bed, it would mean that the successive pairs of balks would incline inwards at different angles as the bridge approached mid-stream from each bank: for it is not to be supposed that the width of the roadway varied. We are not told at what angle the balks inclined, nor at what height above the water-line the transoms were, nor how far each pier or trestle was from the next. It is highly probable that, in a military bridge of this kind, for the sake of rapidity in construction, a uniform profile was followed for the part of each pier or trestle visible above the water-line.

It is not clear what is meant by the *fibulae* mentioned by Caesar. Some authorities have thought that these are the diagonal ties (D, d), which are certainly required for the stability of the bridge, and which are probably implied by the phrase *quibus disclusis atque in contrariam partem revinctis*. The triangle formed by balk, transom, and the resembles the shape, and performs the function, of a brooch (*fibula*). Other authorities hold that the *fibulae* were iron "dogs" (—), driven in to clamp each transom to its two pairs of balks at the points of juncture.

- A, a. Balks, *tigna bina sesquipedalia*.
- B, B. Transom, *trabs bipedalis*.
- C, C. Cross-bars, *iuncturae*, between A, a.
- D, d. Ties, one on each side (*utrimque*) of the trestle, fastened at the ends (*ab extrema parte*).
- E. Timbers laid on at right angles as road-bearers.
- F. Poles (*longurii*).
- G. Wattle-work (*crates*), as flooring.
- H, h. Piles (*sublicae*) driven in aslant as buttresses, and closely connected with A, a, by a cross-bar or otherwise, probably as near the water-line as possible.
- K. Piles driven in as fenders (*defensores*) a little above the bridge.

CAESAR "Gallic War," to face page 201

GALLIC WAR, BOOK IV

Germany was the renown and reputation of his army, after the defeat of Ariovistus and the success of this last action, that their own safety was secure in the prestige and the friendship of Rome. They promised a large supply of boats for the transport of his army.

For the reasons above mentioned Caesar had decided to cross the Rhine; but he deemed it scarcely safe, and ruled it unworthy of his own and the Romans' dignity, to cross in boats. And so, although he was confronted with the greatest difficulty in making a bridge, by reason of the breadth, the rapidity, and the depth of the river, he still thought that he must make that effort, or else not take his army across. He proceeded to construct a bridge on the following plan.¹ He caused pairs of balks eighteen inches thick, sharpened a little way from the base and measured to suit the depth of the river, to be coupled together at an interval of two feet. These he lowered into the river by means of rafts, and set fast, and drove home by rammers; not, like piles, straight up and down, but leaning forward at a uniform slope, so that they inclined in the direction of the stream. Opposite to these, again, were planted two balks coupled in the same fashion, at a distance of forty feet from base to base.² of each pair, slanted against the force and onrush of the stream. These pairs of balks had two-foot transoms let into them atop, filling the interval at which they were coupled, and were kept apart by a pair of braces on the outer side at each end. So, as they were held apart and contrariwise clamped together,

² That is to say, the actual roadway of the bridge was narrower than forty feet by the inward slant of each pair of balks. Or *ab inferiore parte* may mean "on the side down stream."

CAESAR

trariam partem revinctis tanta erat operis firmitudo atque ea rerum natura, ut, quo maior vis aquae se incitavisset, hoc artius illigata tenerentur. Haec directa materia iniecta contexebantur ac longuriis cratibusque consternebantur; ac nihilo setius sublicae et ad inferiorem partem fluminis oblique agebantur, quae pro ariete subiectae et cum omni opere coniunctae vim fluminis exciperent, et aliae item supra pontem mediocri spatio, ut, si arborum trunci sive naves deiciendi operis essent a barbaris missae, his defensoribus earum rerum vis minueretur neu ponti nocerent.

18 Diebus decem, quibus materia coepta erat comportari, omni opere effecto exercitus traducitur. Caesar ad utramque partem pontis firmo praesidio relicto in fines Sugambrorum contendit. Interim a compluribus civitatibus ad eum legati veniunt; quibus pacem atque amicitiam petentibus liberaliter respondit obsidesque ad se adduci iubet. Sugambri ex eo tempore quo pons institui coeptus est fuga comparata, hortantibus eis quos ex Tencteris atque Vsipetibus apud se habebant, finibus suis excesserant suaque omnia exportaverant seque in solitudinem ac silvas abdiderant.

19 Caesar paucos dies in eorum finibus moratus omnibus vicis aedificiisque incensis frumentisque succisis se in fines Vbiorum recepit atque eis auxilium suum pollicitus, si ab Suebis premerentur, haec ab eis cog-

¹ *i.e.* each set of balks and transoms.

GALLIC WAR, BOOK IV

the stability of the structure was so great and its character such that, the greater the force and thrust of the water, the tighter were the balks held in lock. These trestles¹ were interconnected by timber laid over at right angles, and floored with long poles and wattlework. And further, piles were driven in aslant on the side facing down stream, thrust out below like a buttress and close joined with the whole structure, so as to take the force of the stream; and others likewise at a little distance above the bridge, so that if trunks of trees, or vessels, were launched by the natives to break down the structure, these fenders might lessen the force of such shocks, and prevent them from damaging the bridge.

The whole work was completed in ten days from that on which the collecting of timber began, and the army was taken across. Leaving a strong post at either end of the bridge, Caesar pressed on into the territory of the Sugambri. Meanwhile from several states deputies came to him, to whose request for peace and friendship he replied in generous fashion, and ordered hostages to be brought to him. But from the moment when the bridge began to be constructed the Sugambri, at the instigation of the Tencteri and Usipetes among them, had been preparing for flight; and now they had evacuated their territory, carried off all their stuff, and hidden themselves in the remote part of the forests.

Caesar tarried for a few days in their territory, until he had burnt all the villages and buildings, and cut down the corn-crops. Then he withdrew into the territory of the Ubii; and, after a promise of his help to them, if they were hard pressed by the Suebi, he received the following information

CAESAR

novit: Suebos, posteaquam per exploratores pontem fieri comperissent, more suo concilio habito nuntios in omnes partes dimisisse, uti de oppidis demigrarent, liberos, uxores suaque omnia in silvis deponerent, atque omnes qui arma ferre possent unum in locum convenirent: hunc esse delectum medium fere regionum earum, quas Suebi obtinerent: hic Romanorum adventum expectare atque ibi decertare constituisse. Quod ubi Caesar comperit, omnibus rebus eis confectis, quarum rerum causa traducere exercitum constituerat, ut Germanis metum iniceret, ut Sugambros ulcisceretur, ut Vbios obsidione liberaret, diebus omnino decem et octo trans Rhenum consumptis satis et ad laudem et ad utilitatem profectum arbitratus se in Galliam recepit pontemque rescidit.

20 Exigua parte aestatis reliqua Caesar, etsi in his
54 locis, quod omnis Gallia ad septentriones vergit, maturae sunt hiemes, tamen in Britanniam proficisci contendit, quod omnibus fere Gallicis bellis hostibus nostris inde sumministrata auxilia intellegebat et, si tempus anni ad bellum gerendum deficeret, tamen magno sibi usui fore arbitrabatur, si modo insulam adisset et genus hominum perspexisset, loca, portus, aditus cognovisset; quae omnia fere Gallis erant incognita. Neque enim temere praeter mercatores illo adit quisquam, neque eis ipsis quidquam praeter oram maritimam atque eas regiones quae sunt contra

GALLIC WAR, BOOK IV

